UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Antiqvae Lectionis Tomus ...

In Qvo Plvra Qvam XX. Antiqva monumenta, nunquam edita

Canisius, Heinrich

Ingolstadii, 1602

XXVII. Item De Ocvlorvm dolore fugato.

urn:nbn:de:hbz:466:1-64160

Visual Library

DE QVODAM PVERO curato.

ALTERA quoq; filia eiuſdem BERCHTOLDI, filiũ paruũ habebat difficultate vrinãdi grauiter laborantem. Cumq; medicorum alij eſſe ſtrãguriam, alij vero calculum indicarent, eumq; oportere incidere teſtarentur, amici eius ponentes in Deo ſpem ſuam, Beati ERMINOLDI patrocinia requirentes, non ſunt fraudati à deſiderio ſuo. Nam puer adductus, ad ſancti viri ſepulchrum illico integraliter eſt ſanatus. XXV.

DE DOLORE OCVLORVM curato.

ALIVS item ciuis RATISPONENSIS, OPERTVS nomine filiam quandam habebat RAPOTONIS vxorem, quæ oculorum dolore ferme cæcata, ducta ad viri Dei ſepulchrum, cum decem nũmos in cenſu eidem promitteret annuatim, inſperatam oculorum recepit protinus claritatem. XXVI.

ITEM DE OCVLORVM dolore fugato.

QVIDAM de ipſa etiam ciuitate HENRICVS qui VICEDOMINVS appellabatur, ſimili dolore laborãs, ductu amici ſui cuiuſdam etiã HENRICI vocabulo, ad ſepulchrum Patris Sancti deueniens, ſimili deuotionis affectu, effectu curationis ſimili eſt exauditus. XXVII.